

Circa §. Tertium.

Ubi de congrua Episcoporum.

104 **A**git de illâ P. Bardi in *Selectis*, Lib. 3. *Quaest.* 10. *Seç.* 4. & 6. & in 5. probat non peccare contra iustitiam profanè expendens. In 4. autem *num.* 3. & 4. validè improbat sententiam Lorca 2. 2. *Disputat.* 40. *num.* 44. vbi contendit Decretum Concil. Tridentini largitiones Episcopis prohibentis non pias, de immobilibus tantum bonis accipiendum, & de iuribus ad annos redditus. Quæ intelligentia omnino est à mente Patrum Conciliarium aliena. Pro largitionibus enim talibus non erat opus nouum Decretum efformari, quandoquidem Episcopi suo libitu nequeant bona immobilia, inter quæ etiam iura ad annuos redditus computantur, sed iuxta Canonici iuris dispositiones vrgentissimas alienare. Vnde neque ex illis licet moderatas cognatis facere donationes, quas tamen Concilium ibidem admittit. Videndus etiam Diana *Parte* 10. *Tract.* 11. *Resolut.* 35. vbi contra Lorcam etiam dimicat Duuallij armis. Qui & *Resol.* 36. cum eodem & aliis firmat pauperes loci esse præferendos, & quid circa filios spurios. Circa primum autem iuuat ex P. Ioanne Rho in variâ virtutum historiâ *Lib.* 1. *Cap.* 12. §. 4. luculentum exemplum posuisse sic enim ille. *Ibissam insulam ab Otomanica classis arce imposta, ut muniret Carolus Cesar pecuniam vnde vnde corradebat. Ergo à Villa-noua, cuius proximum & opulentissimum esset Sacerdotium, XX. mil. mutua petiit. Negat vir Dei pauperum suorum redditus passurum se in bellicos vsus conuerti, mouentibus consulti deservissimis Insulanis, Valentinos pauperes à Deo sibi commendatos, non Ibissanos esse, respondit, & alia lectu dignissima. Videri etiam pro Episcoporum obligatione potest Verricelli *Tom.* 1. n. 83. vbi ait illos teneri saltem ad medietatem residui, & ceteros ad sextam, cum aliis citatis n. 48. & pro Religiosis Pasqualigus *Decis.* 267. vbi probat omnino à voto paupertatis absolui, sicut & ab aliis etiam solemnibus, de quibus proximis Capitibus.*

AD TITVLVM XIV.

Circa Caput I. num. 4. & seqq.

Ubi an Parochi esse Vicarij Generales possint.

105 **V**æ à nobis circa hoc dicta, si residere nequeant, tenent Pasqualigus *Decis.* 463. nullâ additâ limitatione, nisi duorum mensium vacationis.

Circa Caput V. & num. 20.

Ubi de obligatione fraternæ correctionis

Non esse illam in delictis publicis, videri apud Dianam potest *Parte* 7. *Tract.* 3. *Resol.* 42. & propter illius defectum non posse denuntiationem repelli *Resolut.* 58.

Circa num. 29.

Ubi de ludo Ecclesiasticorum.

Notanda Bulla Pij V. contra clericos & Religiosos ludorum lethaliū spectatores, sub excommunicatione, de quâ Diana *Parte* 7. *Tract.* 9. *Resol.* 40.

Circa num. 30. & 31.

Ubi de exponente in ludo totam summam, quam est lucratus.

Diana *suprà*, *Resolut.* 7. P. Thomam Sancium, Cardinalem Lugo, ac P. Dicastillum sequitur. Sed si alio die? Vide ibidem & comperies esse probabile cum citatis, negante P. Dicastillo, sed non probabilitatem.

Circa num. 33.

Ubi de potestate Vicarij Generalis, de quo & *Titulo* 12. *num.* 315.

De hoc Diana *Parte* 10. *Tractat.* 15. *Resol.* 31. vbi pro delegatâ plures Auctores adducit, sed pro Ordinariâ multo plures.

AD TITVLVM XV.

Circa Caput I.

Ubi an Parochi esse Visitatores possint.

Quod negat Pasqualigus *Decis.* 463. si residendum illis sit.

Circa num. 8. & sequentes.

Ubi de Visitatorum obligatione circa munera, & eorum restitutionem.

106 **P**ater Tamburinus in Decalogum *lib.* 9. *cap.* 2. §. 1. n. 11. & 12. ait Visitatores præ aliis iudicibus teneri, & disposita circa alios, in vi iuris naturalis relicta: vnde accepta ab illis ante prolationem sententiæ, restituenda; secus finitâ causâ. Si tamen iudex agnoscat se non esse in proximo periculo, quia de sua constantiâ est probabiliter certus, non tenebitur. Et leges prohibentes non obligare in conscientiâ. Sic n. 6. & 7. quia tamen Concil. Tridentin. citat *Cap. Romana*, in quo est verbum *Presumat*, temperatur, & ad exigua non extenditur, sine esculenta, siue alia. Sic philosophatur ille, iuxta cuius mentem accipiendum, & probabiliter quidem. Et quod absolutio à suspensione impendi possit virtute Bullæ Cruciatæ, videri potest apud Leandrum *Parte* 4. *Tractat.* 4. *Disput.* 4. *Quaest.* 3. in fine. & *Quaest.* 4. etiam in fine, iunctis iis, quæ habet *Disput.* 5. *Quaest.* 1. & 5.

Circ

Circa num. vltimum.

Ubi de obligatione Beneficiarij ad ornatum Ecclesiæ.

Teneri ad illud, si Ecclesia indigeat, probat & bene equidem, Pater Bardi in *Selectis* *Lib.* 3. *Quaest.* 10. *num.* 4. vbi quod & Ecclesia venit nomine pauperum. Et est sanè titulus ille non maior.

AD TITVLVM XVI.

Circa Caput I. & §. II.

Ubi de obligatione Parochi ad dicendam Missam, & applicandam pro Paræcianis.

Negat illam Pater Tamburinus *Opusculo de Sacrificio Missæ*, *Lib.* 1. *Cap.* 6. §. 2. *num.* 2. quando in Paræcianis non est obligatio audiendi illam. Et quantum ad applicationem *Lib.* 2. §. 16. *num.* 4. Quæ sententia Parochis quidem est fauorabilis, humano more loquendo: sed certè fauor talis cum multo est certissimo detrimento, cum sint altissimi sacrificij fructu multiplici defraudandi. Leandet *Tomo* 2. *Tractat.* 8. *Disputat.* 5. *Quaestio* 5. ait omnes Doctores obligationem agnoscere, licet circa numerum non conueniant: ipse in Festis solemnioribus.

Ibidem circa num. 7.

Ubi de stipendio pro Missis obligationis.

107 **P**osse illud accipere Parochum quando est ad Missam dicendam obligatus, sed non ad applicationem, iuxta dicta *hoc loco*, tenet P. Tamburinus, quod est generale pro aliis, & cum obligatio applicationis non oritur ex stipendio, pro quo Leander *suprà*, *Quaest.* 14. & 15. stipendij autem nomine veniunt salarium, redditus Capellanæ, &c. sed ex opposito insurgit Bossius *Parte* 1. *Titulo* 1. *num.* 401. & seqq. Immo qui stipendium pro dicendâ Missâ accepit, sed sine obligatione applicationis, posse aliud stipendium accipere: sicut è conuerso, qui accepit pro applicatione, sed sine loci obligatione, de quo *Lib.* 3. *Cap.* 1. §. 3. *num.* 14. & seqq. Quæ sententia erit probabilissima omnibus Pitantiariis, & vtram non etiam pluribus aliis: sed iuxta illam (si consequenter loquendum) non solum duplex stipendium, sed & triplex licebit accipere: si quis adstrictus sit tantum loco, sed non tempori, cuius est ratio eadem. Quin etiam & quartum, si circa modum celebrationis aliquid exigatur. Atqui hæc non admittentur: modus ergo est circa prius illud statuendus, vt sit modus in rebus maximè sacris, in quibus

Thesauri Indici Tom. II.

auaritia est execrabilis. Pro quo videri potest P. Bardi in *Selectis*, *Lib.* 10. *Quaest.* 12. n. 9. & P. Fragogus *Tom.* 2. *Pag.* 165. *Col.* 2.

Ibidem circa stipendium pro applicatione fructus respondentis celebranti, & de alijs circa Appendicem.

108 **S**ententiam id admittentem, quam & tenet sac latè probat Leander *suprà*, *qu.* 10. esse probabilem affirmat Lezana *Tomo* 4. *verb.* *Opinio*, *num.* 10. sicut & aliàs de duplici stipendio. Et Verricelli *Tomo* 1. *Tract.* 29. *num.* 5. P. Tamburinus *suprà* *num.* 71. Sed tamen post scripta à me circa ipsam, & quod euenit augurante, à Sede est Apostolica proseripta, & Decreto SS. D. Alexandri VII. *Die* 29. *Ianuarij* 1659. reprobata. Contra quam etiâ, seculo Decreto Urbani VIII. stat P. Bardi *suprà*, & item damnauerat P. Perficus de officio Sacerdotis *Lib.* 2. *Dub.* 9. *num.* 102. Quem & alios adducit Diana *Parte* 6. *Tract.* 6. *Resolut.* 8. contra Marchinum. Qui & videndus contra eundem *Resolut.* sequenti; circa duplicem fructum, impetrationis scilicet & satisfactionis. Non ita absurda illa, iuxta quam P. Tamburinus *suprà* *num.* 53. & sequentibus asserit pro vna Missa posse plura stipendia exigua recipi, quæ vnium iustum stipendium non excedant. Negat id sacra Congregatio verbis, quæ satis videntur manifesta, dum sic habet: *Plura stipendia, quantumcumque incongrua & exigua, siue ab vna, siue à pluribus personis collata &c.* Quid ad hæc? Habere id locum dicitur, cum ita promissum, non verò quando sine promissione accepta fuerunt stipendia. Quod quidem in Decreto videtur innui, dum ita dicitur post adducta: *Vt absolute tot Missæ celebrentur, quot ad rationem attributæ elemosinæ, præscriptæ fuerint.* Sic ibi. Et hæc mihi pro saluanda sententia prædicta vt verosimilis explicatio succurrit, quam post hæc scripta inueni esse Peyrini apud Leandrum *suprà* *Quaest.* 5. Licet plus aliquid in eadem habeatur: quod scilicet neque promissio obstat, quam necessitas potuit extorquere: licet in eo, qui stipendium ita non accepit promissio non inducat obligationem sub mortali; immò & accepto, ob paruitatem materiæ, nisi illud fuerit copiosum. Pro quo & Diana *Parte* 10. *Tract.* 15. *Resolut.* 43.

109 Si dicas non videri verosimile iusto stipendio obligationem laboris iurgere. Dicit ad id conuenienter potest Pontificem sic posse statuere ad turpis lucri occasionem in re omnium diuinissimâ remouendum. Et qui ita promisit, sibi imputet promittenti, & audaciæ, quâ sine sufficienti est titulo ad sustentationem ordinatus. Videndus Diana à me visus post hæc scripta, aut reuisus potius dum visus exciderat, contra P. Tamburinum depugnans *Parte* etiam 10. *Tractat.* 16. *Resolut.* 71. Et nonnulla addens ex Cardinali Lugo. Quod verò idem Auctor proponit §. 5. n. 6. neque improbat, posse scilicet quempiam, retentâ parte stipendij, reliquum alteri tribuere vt Missam dicat, admittendum non est, stante Congregationis apertissimâ decisione, quam sub morali

MMM 3

tali

tali obligare contra Bordonum probat Diana *suprà Resolut. 69. & Parte 8. Tract. 7. Resolut. 75. De quo & Parte 6. Tract. 8. Resolut. 10.*

110 Et Decreta præfata, Urbani VIII. auctoritate suffulta, omnino esse inconcussa affirmat Lezana *Tomo 3. verb. Missa, num. 10. & 11. & ipse P. Tamburinus §. 1. num. 6. qui tamen admittit, num. 12. quod nuper est dictum de parte stipendij, ubi recepta non sunt. & num. 13. si in gratiam eius sit datum; secus si ob Sacrificij deuotionem. Et numer. 14. si accipiens dimidium, aliud remittat gratis: quod rarissime eueniet, ut cum aliis obseruat Diana *Resolut. 68. Tractatus 16. citati §. Verum, licet pergit ille, & num. 16. id ad Sacristam & Collectorem extendit. Vbi ut non improbableem idem statuit de faciente, cum procurator pro ea re sit, ut Missa alibi dicantur intra tempus designatum; in loco ubi minus stipendium reddi solitum. Quod & tradiderat P. Pellizarius *Tract. 6. Cap. 3. num. 23. à Congregatione Indicis reprobatus, ut testatur Diana suprà Resolut. 68. citata. Item §. 9. num. 4. tres menses dilationis quod & tradiderat Leander *Tomo 2. Tract. 8. Dissut. 4. Quæst. 18. & in Expositione suæ Regule Parte 5. in fine Lit. L. ubi & quatuor addit) ut modicum tempus admittit, ubi & Peyrinum refellit, qui circa Constitutionem 9. Urbani VIII. ad 10. trium annorum spatium indulget. Cur non & per totam vitam, quæ esse breuior potest? Et quid ad hæc animæ in Purgatorio suffragium illud præstolantes? Modicumne illa: tempus totius trieterdis iudicabunt? O quam aliter sentient ibi Doctores nonnulli, concedentes immodicas laxitates. Videatur P. Nicolaus Lancicus *Opusculo 16. Cap. 11. Tomo 1. Vbi stipenda occurrent.*****

111 Sed quid de eo, qui stipendium maius, iuxta opinionem aliquando ut probabilem receptam, accepit, tenebitur ad restitutionem, & qui dedit, uti poterit compensatione? Affirmat Diana cum Auerfa *P. 8. Tract. 7. Resolut. 75. Sed negat Bordonus apud eundem: cuius sententia, aliis rationibus relicta quas ille adducit, probari potest, quia cessat ratio prohibitionis Pontificiæ, scilicet quæstus amoliti, ut ex tenore Decreti constat. Operanti enim iuxta opinionem probabilem non potest nota turpis quæstus imputari. Pro quo facit P. Bardi in *Selectis Lib. 1. Quæst. 7. ubi probat acceptum ex probabili opinione, à contrahente ignoratâ, iuste retineri, neque esse locum compensationi. Sed Auctor ipse ibidem Lib. 10. Quæst. 12. n. 10. de eo loquens, qui ratione applicationis fructus respondentis sibi diuersum stipendium accepit, affirmat illud esse restituendum: & id quidem consequenter: quod autem addit *num. 13. est magis speciale; non scilicet suffragari bonam fidem, quia est contractus; Do ut facias, & inter contrahentes non suffragatur bona fides, ut omnes fatentur. Sed hoc non videtur quomodo poterit in generali illa doctrina, quæ omnium dicitur esse, fundari, cum talis reuera non esse videatur: affirmantibus grauissimis Scriptoribus acquisitum ex contractu, qui reuera iniustus fuit ob excessum rei acceptæ, non inducere obligationem restitutionis, si sit bona fide consumptum, & accipiens non est factus locupletior. Pro quo videri potest P. Molina *Di-****

sp. 720 numer. 4. §. Dubium P. Layman Lib. 3. Tract. 2. Cap. 3. P. Hermannus in Medulla Theol. mor. Lib. 3. Tract. 5. Cap. 2. Dub. 6. Artic. 1. n. 3. Bonacina Tomo 2. Dissut. 1. de Restitutione Quæst. 2. Puncto 1. num. 16. qui alios citat. Iuxta hæc ergo secus dicendum in casu, de quo loquitur citatus Auctor, ut sit illud satis probabile, utpote non leui ratione & auctoritate fundatum.

112 Si dicas sequi ex hoc eum; qui stipendium recipit, & ita insumit, ut ex eo non fiat locupletior; posse Sacrum non facere, si bonâ fide existimauit pro eo faciendo non dari, cum tamen postea cum onere datum deprehendat. Respondeo *Primo* concedendo sequelam, quia in eo videtur communis de bona fide doctrina suffragari. Respondeo *Secundo* diuersam esse rationem, quia in eo reuera fuit contractus, *Do ut facias, & nihil refert quod factus sit aut non factus locupletior, cum id non tollat obligationem faciendi ut verus contractus sit. In casu autem nostro accipiens stipendium maius pro faciendo Sacro, illud re ipsa facit, licet pro excessu bona fides suffragetur, quod stare eum vero contractu potest.*

113 Si istes, ita factum fuisse contractum, ut dans stipendium solummodo voluerit iustum pretium laboris offerre, & quia existimauit illud esse, quod dedit, propterea ab ipso datum: excessus ergo inuoluntarius fuit respectu vnius Sacerdotis. Cum ergo ex illo recipere spiritualem fructum possit, licet eius est interpretanda voluntas, ut contractum etiam velit ratione excessus celebrare: & quidem *Do ut facias. Eo ergo stante non poterit bona fides eum excusare, qui eo pacto contractum fecit, sicut non excusat respectu expressi contractus.*

114 Respondeo dantem maius stipendium, quia existimat esse legitimum, ratione excessus nolle diuersum inire contractum, dum id non exprimit, neque etiam tacite intendit: vnde si aliqua facienda esset restitutio, non applicatione alicuius spiritualis fructus, sed redditione excessus dicti constare deberet, nisi id fieri non posset. Tunc enim Sacrum aliud faciendum, si excessus valorem integri stipendij attingeret, aut dimidiatâ illius applicatione. Cum ergo voluntas noui contractus non fuerit, perinde se habet pecuniâ illa, ac si modo alio non concernente contractum, ad Sacerdotis manus deuenisset, & ita eum iuuat bona fides. Præterquam quod propositum in mente retentum nihil operatur. *L. Quiddam adstringenda de verbor. obligationib. Quod si facultas restituendi non sit in casibus, de quibus dictum, circa modum satisfaciendi per indulgentias, pia opera, & sacrificij applicationem, iuxta sententiam de infinito valore, consulendus Lezana *suprà num. 20. & 29. ubi ex Theodoro Statiosæ Religionis Generali illum proponit.**

Ibidem circa num. 8.

Vbi de obligatione in Parocho audiendi Confessiones.

115 **B**ordonus *Tomo 1. Consiliorum Regular. Resolut. 34. Quæst. 21. num. 60. tenet obligatum esse audire semel saltem in hebdomada*

da volentem ex deuotione confiteri. Cuius sententiam adducit Diana *Parte 8. Tract. 7. Resolut. 90. nec videtur improbare Leander *Tomo 1. Tract. 5. Dissut. 11. Quæst. 119. debere ait quoties rationabiliter petitur.**

Ibidem circa §. 3. num. 15.

Vbi de redditibus respondentibus Beneficiorum ministerijs.

Videndus pro resolutione nostra Diana *Parte 10. Tract. 17. Resolut. 47. ubi alios adducit.*

Circa Caput III.

Vbi de cohabitatione feminarum, & occasione proxima.

116 **P** Tamburinus *Opusculo 1. quod est de Confessione Lib. 2. Cap. 3. §. 3. n. 9. circa occasionem proximam doctrinam P. Layman admittit & §. 5. in terminis casus nostri loquens ait non teneri infirmum seruitricem dimittere, si affectus ablit, & periculum. In quo nihil videtur speciale dicere, & circa quod quæstio esse possit. Cessante enim affectu & periculo, etiam sanus retinere illam potest, iam enim proxima occasio non est, quæ per ordinem ad effectum & periculum, quod in ipso affectu est positum, talis æstimatur. Sed quod adhuc non cessante retineri possit, tenet eum alius Leander *Tomo 1. Tract. 5. Dissut. 7. Quæst. 36. 39. & 42.**

Circa Caput VIII. à num. 92. ubi de Tabacho.

117 **P** Tamburinus *Opusculo de Eucharistia Cap. 2. §. 6. numer. 18. ait illo per os assumpto, si deglutatur, violari ieiunium pro recipienda Eucharistia requisitum. Et num. 23. id negat de sumpto per nares, siue in folio, siue in puluere, siue in tumo. Contrarium tenet Lezana *Verb. Eucharistia num. 17. de quomodocumque sumpto, quem adducit Marchantio, Auerfa, Machado, & P. Escobar, impugnat Diana *Parte 8. Tract. 7. Resolut. 3. Quem & sequitur Pasqualis *Decis. 333. & 334. & Leander *Tomo 2. Tract. 7. Dissut. 5. Quæst. 10. & Bossius *Tomo 3. Tit. 22. numer. 16. & 17. Vide P. Quintanam *Tomo 1. Tract. 3. Singularem 1. in fine, circa prohibitionem in Diocesi Hispalensi, de qua & Diana *Parte 10. Tract. 16. Resol. 23.********

Circa Caput IX. & num. 107.

Vbi de obligatione circa Rubricas in Sacrificio Missæ.


118 **P** Tamburinus *Lib. 2. de Sacrificio Missæ Cap. 5. §. 3. num. 5. & 7. asserit contra mortale posse in Canone loco Episcopi nominari Generalem Religionis: quod & tradit P. Quintanam *Tomo 1. Tract. 7. Singularem 26. num. 4. ubi & contendit, etiam si declaratio Nuntij, de**

qua in *citato numer. Operis nostri, vim legis habeat, quod tamen non omnes admittunt, ut videri apud eundem potest num. 3. non posse habere vim obligandi sub mortali, ob paruitatem materiæ. Quod tamen ego dicere non auderem, quia ex eo sequitur in tali declaratione aut præcepto errare Pontificem, quod affirmare non exigua esset audacia. Secus esset, si declaratio talis minimè præcessisset, hæc enim ostendit non esse in eo materiæ paruitatem. Pro quo videri potest Lezana *Tomo 3. V. Missa, num. 58. ubi grauem ceremoniam sub mortali obligare dicit. Et num. 59. ubi contra Patris Fagundez sententiam depugnat.**

AD TITVLVM XVII.

Circa Caput VIII.

Vbi de Parochis Religiosis quoad abolitionem à reseruatis n. 54.

119  Runt fortasse qui putent absolui posse per priuilegium Innocentij VIII. pro Prædicatoribus, quod adducit Eusebius de Herrera *Dei- sione 9. numer. 23. Remigijs, & Recentiores alij. Sed quod ad rem non faciat, bene ostendit Diana *Parte 8. Tract. 7. Resolut. 78.**

Circa num. 55. & seqq. ubi de voto paupertatis.

Lezana *Tomo 2. Cap. 18. numer. 15. à Nobis dicta confirmat, licet addat securius esse id, quod superest, post Ecclesiæ & pauperum subleuationem, Ecclesiæ potius, quam Monasterio applicare. Incorporationem autem eorum, quæ secum fert, statuit *numer. 28. subdens numer. 33. tam amplè posse disponere in vsus pios, præsertim circa Ecclesiam, ac Parochi saculares. Quod iuxta dicta intelligendum; Prælatorum enim debent dispositionem amplecti. Vnde num. 37. affirmat, quod licet Prælatus imponere nequeat pensionem Beneficio, bene tamen Beneficario pro religioso aliquo, aut pio opere. Non ergo, cum Ecclesia non eget, semper licet in eam beneficij emolumenta conferre; & de Indicis loquitur ille, de quibus *num. 32.***

Circa Appendicem.

Vbi de Monasterio diuite, an exigere aliquid ab ingredientibus queat.

120 **D**e hoc Diana *Par. 8. Tract. 7. Resol. 29. ubi satis doctum Renati à Valle discursum adducit, ut id non liceat. Sed ille cum Villalobos *Tom. 2. Tract. 37. Diff. 13. num. 5. contrarium sentit, pro quo & citat Hieron Rodriguez, id tunc negantem, cum ratione vtilitatis personæ sic fieret, aut ob elariore Monasterij magnificentiam: & generaliter cum ratione victus non exigitur. Allegat item P. Layman *Lib. 4. Tract. 10. Cap. vlt. §. 4. num. 39. ubi cum***